



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 4. Seruus infidelis, & illegitimus non poßunt præsentari, nec etiam
irregularis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

110 Pars II.Lib.VI.Cap.III.

gantur apud dictum Altare,
vbi cantatur missa, & postea
fit processio per ecclesiam
à clericis Seminarij, & à duo-
bus Capellanis, qui curam
gerunt dictæ ecclesiæ, & vna
simul in processione incedunt
dictæ Canonice, quæ gaudet
multis indulgentijs, & gra-
tijs, earumq; congregatio,
seu societas confirmata fuit à
Leone Papa Decimo, eidem
que à Clemente Papa Octauo
concessæ fuerunt indul-
gentiae quædam, & antea ab
alijs summis Pontificibus.
6 Laicus tamen non sit
clericus non potest à patro-
nis præsentari. cap. ecclesia
sanctæ Mariæ. de constitut. &

gloss. in cap. cum M. in ver-
bo receperunt de constit. vbi
Abb. Felin. & alij. vbi gloss.
7 ait laicum posse t habere pre-
bendam separatam à Cano-
nicatu, vt quia sit magister
in ecclesia, vel causa remu-
nerationis, & sic quando præ-
benda non est annexa Cano-
niæ. Insuper t filius familiæ
cum possit esse Sacerdos, &
Episcopus, potest ad benefi-
cium præsentari, quod pro-
batur in cap. si annum. in fi-
ne de iudicijs. lib. 6. vbi præ-
supponit filium familias ha-
bere beneficium. Lambertin.
de iurepatronat. lib. 2. par. I.
quæst. 7. art. 8.

C A P V T Q V A R T V M.

Seruu Infidelis, & illegitimus non possunt præsen-
tari, nec etiam irregularis.

S V M M A R I V M.

- 1 Seruu non potest ad benefi-
cium præsentari.
- 2 Nec infidelis.
- 3 Nec illegitimus.
- 4 Illegitimus ex diffamatione

potest ordinari, & præsentari.
5 Irregularis non potest ad
beneficium præsentari.
6 Irregularis quis sit virginis
tribus modis.
7 Irregularis qui sit.
Ser.

Seruuus † non potest præsentari, etiam si sit Christianus, cum non possit ordinari, nisi prius manumittatur. cap. 1. 2. & 3. distinc. 54. debet enim esse immunis ab alijs, qui Diuinæ Militiæ est aggregandus. dicto cap. 1. si ergo manumissus sit, & fiat clericus poterit præsentari. Infidelis † etiam non potest præsentari, quia infidelis, & incapax. Lambertin. de iurepatron. libro 2. par. 1. quæst. 7. artic. 9. Illegitimus † autem quocunque nomine censeatur, prohibetur ordinari. cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi; Ideo non potest nec eligi, nec præsentari. argumento text. in cap. accepimus. de ætate, & qualitate. Card. Seraphin. decis. 1442. num. 9. nam ex incontinencia parentum quasi maculatus, & inhonestatus censetur, verum fama promouendi in nullo debet vacillare. cap. laici. distinct. 33. si tamen de facto ordinetur tenet ordinatio. cap. vlt. de tempor. ordinat. Si tamen talis illegitimus † sit honestus, & virtute præditus cum

eo potest dispensari ad ordines, & beneficia. cap. innotuit, vbi gloss. Abb. & alij. de elect. & tunc poterit præsentari: & de illegitimo legitimato per subsequens matrimonium, & de alijs legitimatis per Papam, vel per alios, videoas tex. in cap. tanta. & ibi Abb. & alij, qui filij sint legitimi. Lambertin. vbi supra artic. 11. Irregularis † etiam, qui extra regulam positus est, non potest præsentari, cum non possit ad ordines promoueri. Nam irregularitas est impedimentum Canonicū de facto proueniens, quod impedit ad ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promoto in illis prohibet administrationem ad text. in cap. vltimo, de tempor. ordinat. potestq; Irregularis † quis fieri viginti tribus modis, vt per Siluestrum in sua Summa in verbo irregularitas: & irregulares † sunt corpore vitiati, bigami, & alij quos elegantissimè recenset D. meus Vincentius Mazzolius Primalis Ecclesiæ Pisanae Decanus auunculus meus carissimus, recolendæ mem. in sua breui regula

ad

112 Pars II.Lib.VI.Cap.V.

ad Confessarij , & Confiten-
tis munus rite obeundum
composita par. 2. in verbo ir-

regularitas. num. 269. & se-
quentibus. Lambertin. vbi su-
pra art. 12. 13. & 14.

C A P V T Q V I N T V M.

Beneficiatus vnius Beneficij , an possit ad aliud be-
neficium præsentari , & an duo ad idem
beneficium præsentari possint .

S V M M A R I V M .

- 1 Beneficiatus potest ad aliud beneficium præsentari .
- 2 Concil. Trident. Sess. 24. de reform. cap. 17.
- 3 Episcopus ex dispensatione potest ad beneficiū præsentari .
- 4 Cardinalis etiam potest præsentari .
- 5 Præsentari quando possint duo ad idem beneficium .
- 6 Præsentari si duo debeant ex fundatione, talis consuetudo seruanda est .
- 7 Vnus solus ad quodlibet be- neficium regulariter præsen- tatur .
- 8 Patronus laicus potest va- riare , duosq; præsentare .
- 9 Inuitus quis præsentari non potest .

- 10 Clericus quis non fit inui- tus .
- 11 Clericus inuitus cogi potest à Papa vt accipiat benefi- cium .
- 12 Regulares quando possint præsentari ad ecclesiam secu- larem .
- 13 Clericus quando possit pre- sentari ad altaria existentia in ecclesiis regularium .
- 1 Beneficiatus † vnius Be- neficij patronati potest ad aliud præsentari , nisi lex fundationis aliud disposuerit , & nisi sint incompatibilia ; & de iure quis potest habere plura beneficia sine cura re- sidentiam non requirentia . cap. gratiam . de rescript. libro sexto. Clementin. gra- tia .